Usus. Mucilago ex cortice parata, ut cortex unguentarius, in vulneribus & ambustionibus adhibetur.

LACTEA.

LAC VACCINUM.

Chylus ex uberibus vaccæ secretus. *Kuhmilch.*

Odor nullus; Sapor gratus, dulcescens. Indoles aqueo-oleosa.

Virtus emolliens, relaxans.

Usus pro vehiculo fomentorum, & cataplasmatum emollientium ad tumores inflammatione induratos. Pro collyrio in ophthalmia sicca. Pro lavacro in capite scabioso. Pro gargarismate in angina suppuratoria.

CREMOR LACTIS

Est *butyracea* lactis pars, *dulcis* vel *acidula*. *Milchram. Sahne.*

Odor nullus; Sapor pinguis vel dulcis vel acidulus.

Virtus emolliens, aciduli cremoris simul refrigerans.

Usus. In crusta lactea, in ambustione cremor dulcis cum vel sine ovi vittello applicatur. Gingivis a dentitione inflammatis illinitur. In ambustione faucium & oesophagi a cibis nimis adhuc calentibus deglutitis cremorem *acidulum* optimo cum successu deglutiendum præbui.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-147568-p0092-8

AMYGDALA DULCIS.

Nucleus *AMYGDALI communis dulcis L. Süſse Mandeln.*

ODOR debilis; SAROR dulceſcens, mitis. INDOLES. Nuclei cum aqua triti emulſionem dant, in qua oleum blandum mediante mucilagine cum aqua combinatum eſt.

VIRTUS emolliens, antiphlogiſtica.

USUS. Emulſio frigide applicata in ophthalmia & tepide adhibita in angina & aſperitate faucium profuit.

Furfures amygdalarum *amararum* in manuum lavacro ſordes ut ſapo abſtergit. Hinc pro *pulvere manuali.*

OLEOSA.

OLEUM OLIVARUM.

Fructus *OLEÆ europææ L.* dat expreſſione hoc oleum. *Olivenöl*

ODOR olei recentis vix ullus; SAPOR mitis.

VIRTUS relaxans, lubricans, obvolvens.

USUS. In morſu viperæ anglicæ vulneri & membro juxta carbones ardentes inungitur; in punctura ſcorpionis, apum, veſparum, aliorumque inſe-